Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0002-9

17883.
N 23
1745, 23.
8

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOHANNES FLORENS RIVINVS

COD. P. P.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0004-0

Officium veri ICti in eo potiſſimum verſatur, vt ſancta Iuſtitiae penetralia in diiudicandis cauſis religioſo cultu adeat, latas decenter leges et ſancita Principis ſancte cuſtodiat, ad facta in Societate ciuili obuenientia rite applicet, et ad effectum producat, *Nou. CXXXIII. c. 4. et N. CLXI. c. 2.* imprimis animum intentionemque habeat ius ſuum cuique tribuendi, nec verba legis captet *L. 17. ff. de LL.* aut ſaluis verbis ſententiam legis circumuenire intendat, *l. 29. ff. eod.* Solet tamen quandoque caſus plane ſingularis et nouus obuenire, qui animos iudicantium mirifice cruciat, non enim omnes articuli ſingillatim legibus comprehendi poſſunt, *L. 1. et 12. ff. de LL.* ideo regulae ſanae interpretationis adhibendae, quae quidem interpretandi licentia, quoad emendatam et recognitam ordinationem Proceſſus in foro electorali Saxonico in reſcripto praemiſſo adeo limitata, vt in rebus cauſisque ambiguis, dubiis nondum deciſis, Collegia prudentum proprio motu interpretationem ſuſcipere prohibeantur, et ne fortaſſe legi nouae diuerſum ſenſum affingant, ad potentiſſimum rationibus vtrinque allegatis et ſubiunctis referre iubeantur, vt ab ipſo, tanquam optimo verborum ſuorum interprete, explicatio et declaratio, mediante authentica ſiue mera interpretatione, ſequatur. Non ſecus, ac olim iuris erat. Si enim dubitatio de nouo iure emergit, neceſſaria eſt Principis ſententia et auctoritas *L. 11. C. de LL.* qui ſi legum aenigmata ſoluerit, nullus tantae ſuperbiae faſtidio tumidus erit, vt regalem ſenſum contemnere audeat *L. 12. pr. Cod. eod.* Non tamen exules miſſae ſunt variantes ſententiae et diſ-

ſenſiones Collegiorum et ſub fuco aequitatis praeualet ſaepius affirmatiua ſententia, quae ad lydium lapidem verae et non affe-ctatae Iurisprudentiae fortaſſe reducta, ſecuro modo negari potuiſſet, neque enim vtique melius pronuntiat, qui ſententiam nouiſſimam laturus eſt. *L. I. ff. de Appell. et relat.* Idem obtigit legibus humanis quod diuinis et ſacris literis, in quibus diuerſae religioni addicti praeſidium et munimentum opinionis ſuae quaerunt, et nimium indulgendo genio ſuo ſe inueniſſe putant. Occaſionem ſcribendi mihi ſingularis plane caſus, qui coram Conſiſtorio Lipſienſi ventilatus, praebuit. Mouerat ibidem anno huius ſeculi quadrageſimo C. F. S. contra M. I. G. B. litem ex capite emtionis venditionis, litis conteſtatione a reo negatiue peracta, lata fuerat ſententia interlocutoria de publ. d. 12. Nou. eiusdem anni actori probationem iniungens: hic elapſo decendio petebat primam dilationem; quam facile impetrabat, dum ſecundam ſollicitaret, ipſi per modum decreti d. 22. Febr. 1741. iniungebatur vi *ſ. 3. Tit. XX. ord. recogn.* ſolennitatis legalis cauſa praeſtatio iuramenti. Actor de themate probando ſollicitus ſero nimis animaduertebat ſibi deficere teſtes et documenta, et non, niſi ſubſidiariam iuramenti delationem ſupereſſe. Via praecluſa erat, et curae illae poſteriores intempeſtiuae videbantur, etenim ingenue fatebatur actor in ſcriptis, vitium commiſſum, quod in humeros Aduocati ſui deuoluebat, quem ex incuria neglexiſſe ſtatim ab initio iuramenti delationem, ipſique periculum et iacturam ſui iuris, totiusque actionis imminere aſſerebat, igitur priorem libellum derelinquebat, nouumque adhibito ſuper fundamento actionis iuramento, inſimulque, vt morem gereret iudici, ſe ad praeſtationem iuramenti, ratione ſecundae dilationis offerebat, requirebatur facta communicatione aduerſae partis iudicium, quid huic de mutato conſilio videatur: haec contradicebat ſtrenue, vrgebat probationis deſertionem ob non debito tempore oblatos articulos: Conſiſtorium vocabat actorem, praefigendo terminum ad diem 21. Iulii 1741. in hoc ſe ſiſtebat actor, et actu corporali praeſtabat iuramentum, quo facto emittebat Conſiſtorium citationem, et reos denuo vocabat ad reſponſionem ſub poena confeſſi et con-

et conuicti ad nouum libellum; reus accuſabat contumaciam ac propter deſertam probationem inſiſtebat iuri ſuo quaeſito ex legis prouiſione, ſumma cum proteſtatione euentualem adiiciebat litis conteſtationem, et fauentem inueniebat iudicem, ſiquidem, Conſiſtorium die 2 Decembr. 1742. dabat Decretum: Daß Klr. Suchen nicht ſtatt hat; er iſt auch Beklagten die ſo wohl bey der iezigen als vorigen Klage veruhrſachten Unkoſten, nach vorgehender deren liquidation und unſerer Ermäßigung zu erſtatten ſchuldig. additis rationibus: Dieweil Klr. an der vorigen Klage, und den ihm darüber rechtskräfftig zuerkannten Beweiße ſich verſäumet, mithin nachhero eines andern modi probandi, durch Anſtellung einer neuen Klage ſich nicht bedienen kann, dieſe auch von jener weder ratione cauſae, noch obiecti unterſchieden, und ſolchergeſtallt das temerarium litigium offenbahr. Actor interponebat Leuterationem iuncta euentuali appellatione, priorem reiiciebat Conſiſtorium, et poſtquam actor apoſtolos redemiſſet, in relatione ad potentiſſimum refutatatoria hunc in modum rationes decreti ſui vlterius deducebat: Da die Proceß Ordnung das fatale zu Ubergebung einer andern Klage nur biß zum Ablauff der zur Ubergebung des Beweißes nachgelaßenen Friſt reſtringiret, und dieſe, bey verbothener eigenmächtiger interpretation dem eigentl. Wort-Verſtande nach bloß von der in denen Urtheln oder Abſchieden, ſo den Beweiß auferlegen, zu deſſen Einbringen geſetzten Sächſiſchen Friſt angenommen werden könne, folgl. im gegenwärtigen Falle, da nach der bey Verfluß der erſtern, im Abſchiede zum Beweiße eingeräumten Sächſ. Friſt, weiter erhaltenen Dilation die neue Klage allererſt übergeben worden, es mit ſolcher bereits zu ſpäte geweſen, und Kläger damit, nach wörtlichen Innhalt angeführter Prozeß-Ordnung nicht weiter zugelaßen werden mögen. Hiernechſt auch die ferner angeführte praeſtation der ſolennitatis legalis, und was dem mehr anhängig Klrn. wider die erwehnte Diſpoſitionem der Proc. Ordn. kein ius quaeſitum geben kann, ſondern nur erſt auf dem Fall, wenn ſeine gemachte interpretation gelten, und nach ſolcher das fatale zu Einreichung einer neuen Klage auch bey der erhaltenen Dilation zum Beweiße continuiren ſolte,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0007-7

ihm zu ſtatten kommen dürfte, uns aber von denen Worten und deren eigentlichen Verſtande abzugehen, und uns einer extenſion mehr ermeldter Diſpoſition anzumaßen, um ſo viel weniger geziemen wollen, iemehr ſolcher die überhaupt bey Abfaßung der Proc. Ordn. auf die Verkürtzung derer gerichtl. Händel gerichtete intention entgegen, und ſelbſt der übrige Context, welcher in Fällen, wo in der erſten Klage die Eydes-Delation gebrauchet worden, die Ubergebung einer andern Klage nicht weiter, als biß über gedachter Eydes-Delation Rechts kräfftig erkannt worden, zuläßet, dergl. nicht wohl zu leiden ſcheinet, und dahero, bey application mehr angezogenen Textes aus der Proc. Ordn. auf gegenwärtigen Fall die Deſertion des Beweißes, und daß die neue Klage binnen dem darinnen hierzu vorgeſchriebenen fatali nicht eingegeben worden, klar zu Tage lieget ꝛc. de caetero Conſiſtorium nullam cauſam reſtitutionis adeſſe aſſerebat. Equidem admittebatur appellatio, ſed ſequebatur confirmatoria cum clauſula de remittenda cauſa, iuncta refuſione expenſarum d. public. d. 1. Dec. 1742. At Leuteratione interpoſita mitiora experiebatur fata Actor. Obtinebat enim aſſenſum ſummi prouocationum Senatus per correctionem d. publ. den 29. Iun. 1743. Nunmehro aus denen Acten und der Partheyen rechtl. Einbringen ſo viel zu befinden, daß nicht übel, ſondern wohl appelliret, derowegen appellant noch zur Zeit mit ſeinem Suchen nicht abzuweiſen, noch die appellaten durch die übergebene Klage verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig, ſondern dieweil der letztere auf gemeldete Klage geantwortet, und deren nicht allenthalben geſtändig, ſo ſeynd deſſen Principalen über den 3 Punct der Litis Conteſtation den ihm deferirten und acceptirten Eyd, nach vorgehenden appellantens-Eyde vor Gefährde zu ſchwören ſchuldig, ergehet ſodann, ſowohl in der Hauptſache, als derer Unkoſten halber ferner was recht iſt, und wird appellant mit Bezahlung derer in unſerm jüngſt eröffneten Urthel erkannten Unkoſten billig verſchonet; quae interpoſita licet leuteratione denuo confirmata d. 14. Dec. 1743. daß es eingewandter Leuterung ohngeachtet, bey unſerm jüngſt eröffneten Urthel billig bleibet, iedoch ſo viel das 2. und 3. grauamen anlanget, mit dieſer Erklärung,

daß

daß Appellant zuförderſt die durch die erſtere übergebene Klage verurſachten Unkoſten, nach vorgehender deren liquidation und richterlicher Ermäßigung Appellanten zu erſtatten ſchuldig, ſecuta eſt deinde remiſſio Actorum ad iudicem primae inſtantiae. Id, quod ſolatio cedit litigantibus, ne in tanta Epocha Iuris incerti animum vnquam deponant, terque pulſent, antequam a limine tribunalium etiam ſummorum abeant, aut ea relinquant.

Sed nominandi nunc ſunt

Dn. IOANNES CHRIST. KLINGGVTH,
Lubena - Luſat.
FRIDER. CHRISTIANVS ZACHARIAE,
Francohuſan. Thur.
CAROLVS HENRICVS IAHNVS,
Mariaemont. Miſn.
CAROLVS GOTTLOB WORM,
Chemnic. Miſn.
IOANNES ANDREAS HAMMER,
Dreſdenſ.
FRIDER. CAROLVS KERMES,
Schkeudicio - Martisb.
GEORGIVS CHRIST. KROEHNE,
Blanckenhayna - Thuring.
GOTTLIEB AVGVSTVS MEESE,
Haynichio - Miſn.
GOTTLIEB AVGVST MITREVTER,
Porſchend. Miſn.
ADAM GOTTLIEB REIBETOPFIVS,
Geyera - Miſn.
CHRIST. GOTTLOB ZEIBIGIVS,
Miſn. Miſn.
FRIDERICVS GOTTLOB SCHIELE,
Wiha - Thuring.

FRIDER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0009-2

Dn. FRIDER. WILHELM. SCHVBARTHVS,
Wegeſartenſ. Miſn.
CAROLVS FRIDER. GEBICKIVS,
Hayn. Miſn.
CHRISTIAN. GOTTLOB LENCKE,
Aurobaco - Variſc.
CHRIST. AVGVS. MITTERNACHT,
Cizenſ.
GOTTLIEB BAYER, Wernsdorſſ. Sileſ.
IOANNES ERNEST. IOHNIVS,
Weiſſenſea - Thuring.
IOANN. DAVID HEBENSTREIT,
Cizenſis.
CHRISTOPHORVS GOTTLOEBER,
Geismansd. Biſchofw.
FRIDERICVS GVILIELM. HENDEL,
Adorff. Variſc.
CAROL. QVOD VVLT DEVS STRAVBE,
Schwarzenb. Miſn.
IOANNES CHRISTOPH. STOLLE,
Dreſdenſ.
LEBRECHT TRAVGOTT RICHTER,
Miſnenſ.

Qui ordine hic expoſito ſuperiore et hoc ipſo anno, meo ſub moderamine publice in Auditorio ICtorum ad Pandect. Librum XXIV. omnesque ſequentes reſpondendo et opponendo ſua exercuerunt ingenia, quo aliquando eo feliciori ſucceſſu, ſe accingere queant ad interpretationem legum, quos Mecaenatibus de meliori commendamus. Lipſiae Dom. IX. P. F. S. S. T. P. S. R. M DCC XLV.

---

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0010-3

ULB Halle 3
007 508 263

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0011-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0012-4

N 23

1745, 23.

8

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOHANNES FLORENS RIVINVS

COD. P. P.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790550-p0013-0